

MORTEM
VIRI

PLVRIMVM REVERENDI, AMPLISSIMI,
DOCTISSIMI,

M. IO. CHRISTIANI
WEIDNERI

ILLVSTRI SCHOLAE PORTENSI
LVCTVOSISSIMAM,

quae accidit

III. Id. Octobres

A. O. R.

MDCCCXXXVII.

deplorat

pietas

ALVMNORVM PORTENSIVM,

interprete

IOANNE ELIA SCHLEGELIO,

Alumn. Elec. Portens.

NVMBVRGI,

LITTERIS BALTHASAR. BOSSOEGELII





† † †
Er dulce IESV nomen in intimis
Haerens medullis, pectora cui calent
Deuota, TE dixi vigente,
TE referam moriente lingua.

WEIDNERE, sic TV, cum celeres quatit
Mors faeva pennas, praecipiti dies

Heu! falce deiectans, supremo
Composuisse pedes cubili

Dictus. Meantes pectore spiritus
Hoc exprimebant nomen amabile,
Morbum anteuertens mors ligatam
Compede dum tenuit loquelam.

Sic quondam, arenas sanguine cum lauat,
Obiecta toruis praeda leonibus,

Ignatius ter dulce IESV

Ingemuit, sine fine, nomen.

Sed fata necdum rumpere fas erat
Docti magistri, quem pietas iuuat

Sincera, cui Virtus Fidesque

Nomen habere dedit peramplum.

Ah! fiste gressum, fiste pater! pater!

Non ad supremum terrigenis datum

Iam terminum vitae fenectus

Inualidis properauit annis.

Quis dedicatas pascet oues DEO?

Sacrumque Musis instituet gregem?

En! templa dilectum requirunt

Inque schola cathedrae magistrum.

Sic verba moesto pectore iactitant,

Quos derelictos discipulos habes:

Quis fata nobis nunc recludit?

Quis placidum TIBI, Porta, Numen


Nunc reddit? ecquis feruidus eloqui
Effata sanctis tradita vatibus

Luxum, scelus, stultosque mores
Et facinus vetitum coercet?

Quo moeror ingens ducit inanibus
Votis? laborum praemia percipit

WEIDNERVS, in coelum vocatus,
Laetitia fruitur perenni.

TV prosequendam tot lacrumis vicem
Solare tandem, SVMME PATER POLI,
Solare, quod verbo potenti
Corrigere est homini negatum.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506

617





MORTEM
 VIRI
 PLVRIMVM REVERENDI, AMPLISSIMI,
 DOCTISSIMI,
**M. IO. CHRISTIANI
 WEIDNERI**

ILLVSTRI SCHOLAE PORTENSI
 LVCTVOSISSIMAM,

quae accidit

III. Id. Octobres

A. O. R.

MDCCCXXXVII.

deplorat

pietas

ALVMNORVM PORTENSIUM,

interprete

IOANNE ELIA SCHLEGELIO,

Alumn. Elect. Portens.

NVMBVRGI,

LITTERIS BALTHASAR. BOSSOEGELII

